

## De sancto

## Crisogono

cessauerat. et ob incursum barbarorum tem-  
plum destructum fuerat. et archa cum corpo-  
re marinis fluctibus obruta. Super quam mira-  
tus philosophus et accedens ad ciuitaculam  
nomine Georgiam cum episcopo et clero et populo  
accessit ad querendum sacras reliquias: ad  
insulam in qua estimabat esse corpus mar-  
tiris ubi cum hymnis et orationibus fodientes  
diuina reuelatione inuenerunt corpus et ar-  
cham in qua fuerat in mare proiectum et des-  
portauerunt personam. Deinde predictus  
philosophus cum corpore sancti Clemen-  
tis Romam adijt et multis ostensis mira-  
culis in ecclesia quam nunc dicitur sancti Clemen-  
tis honorifice corpus collocatum fuit. In croni-  
ca quadam legitur quod mari ab illo loco eric-  
ta a beato Cirillo moranz episcopo Ro-  
mam translata est.

De sancto Crisogono

**C**risogonus ius-  
tuus in Dyocleciano in carcere recludi-  
tus ubi sancte Anastasia alimoniam foueba-  
tur. Cum ergo Anastasiam uir eius in ar-  
tissimam custodiam posuisset: Crisogono  
qui eam erudierat talia scripta dixerit Sa-  
cto confessori christi Crisogono. Anastasia sacri  
legi iugum mariti suscepi. cuius deo miseram  
te horum mentis infirmitate declinans die  
noctemque domini nostri Iesu christi amplector vesti-  
gia. Cum iste premonium meum ex quo illu-  
stratus cum indignatione acturibus ydolatrie ex-  
hauriat me quoque uelut magam atque sacrile-  
gam custodie tam grauissime mancipauit ut  
me uitam temporalis amittere suspiceret. nihil  
enim superest nisi ut amisso spiritu mori succu-  
bam. In qua morte licet gloriari. tamen mea  
mens multum preterit quod opes mee quas deo de-  
uoueram a turpibus consumunt. Vale uir dei et  
memento mei. Cui Crisogonus sic respondit.  
Vide ne turbentis in hoc quod pie uiuentis tibi  
inferant aduersa. Non enim deciperis sed  
probaris. Cito ad te placitum tempus con-  
uertetur et quali post noctis tenebras floren-  
tium dei lumen aspicias. atque post glacies

frigoris aurea tibi tempora et serena succedent.  
Vale in domino et ora pro me. Denique cum  
beata Anastasia sic in custodia artaret et uir  
ei panis quadrans daretur: estimans se mo-  
riturus. sancto Crisogono epistolam in hec uerba  
scripsit. Confessori christi Crisogono. Anasta-  
sia. Finis uenit corporis. Memento mei ut  
egredientem meam animam ipse suscipiat. pro  
cuius amore ista sustineo quam ex ore eius uerum  
le recognoueris. Cui ille respondit. Tempus  
est ut lumen tenebre antecedat. Sic etiam  
post infirmitatem salus reuertetur et uita post  
mortem promittatur. Uno fine concluduntur  
et aduersa huius mundi et prospera: ne uel  
tristibus desperatione uel letis elano dominetur.  
Unum mare est in quo nauiculae corporis nostri  
uoluant et sub uno corporis gubernatore  
anime nostre nauiculae funguntur officio.  
Quarundam igitur naues fortissimis carila-  
rum nexibus soliditate crebros equorum pro-  
citas fluctibus illese pretereunt. Quorum  
dam uero fragilis iunctura lignorum in tra-  
quillo vicinum mori conficiunt concursus.  
Tu autem o christi famula crucis trophe-  
um tota mente constringe. et teipsum pre-  
para ad opus dei. Igitur Dyoclecianus a  
quiliie partibus positus ceteros christianos  
occidens sanctum Crisogonum sibi presen-  
tari iussit. Cui cum diceretur. Accipe pote-  
statem prefecture tue et consulatum generis  
tui et sacrificia diorum. Respondit Crisogonus  
Unum deum in celo atorem et dignitatem ter-  
ras quasi lutum contemno. Data ergo super-  
eum sententia ad quendam locum ducitur et  
ibidem protinus decollatur. Cuius corpus  
sanctus Zelyus presbiter sepeluit.

De nominis interpretatione

**A**lberina dicitur a catba quod est uniuersum  
et ruina. De enim edificium diaboli in ea  
uniuersale corruit. Nam in ea sunt edificium su-  
perbie per humilitatem quam in se habuit. Carna-  
lis concupiscentie per uirginitatem quam  
seruauit. Cupiditatis mundane quia omnia  
mundana desperit. Vel sicut alberina dicitur qua  
si catbenula. Ipsa enim per bona opera quadam